



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Anno Episcopus Colonien. 4. Decemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

à Glodu'pho sacerdotij honore initiatuſ, in
Hasbaniam rediſt, eamque ab idolis ad fidem
Christianā Euangeliſ prædicatione perduxit,

D E C E M B E R.

DE S. ANNO NE EPISCOPO COLO-
nienſi, 4. Decemb. Sur. Tom. 6.

*Morum
honestas.*

Patientia.

S Anno generis & patriæ ſuæ dēcus, VVale-
tero & Angela piſſimis parentibus natus,
bonæ ſuæ indolis generofitatem moribus, in-
genio, formaq; commēdans, cunctorum oculi-
bus atq; animis cœpit haberi amabilis: iſumq;
in primis parentem magno gaudio cumula-
bat. Qui tamen militaribus filium affluſcere
negotijſ & ad summos honores optabat eue-
here. Itaq; pius puer inter arma crebras in-
diæ, algoris, & ſtus ac vigiliarū perpeſlus aspe-
ritates, inſignem animi exercebat fortitudi-
nem futuræ virtutis exercitationi perutilem.
Interea eius auunculus Babinbergensis Eccle-
ſiæ Canonicus patriam propinquos & notos
inuiſens, perspecta pueri educatione, & grē fe-
renſ tam egregiæ indolis infantiam mundanis
conſecrari negotijſ, explorata priu pueri vo-
luntate clādeftinam illi fugam perſuafit: hor-
tans ut abiectis impedimentis domesticis, ex-
cellentes ingenij ſui vires in ſpem & gloriam
totius generis ſui, non modo temporalibus,
ſed & æternis in cælo dignitatibus amplifica-
ret. Quocirca fugam præoccupans Anno, re-
uerten-

uetenti Babinbergam auunculo clām se soci-
um adiunxit, atq; ibidem studia literarum au- *Alacritas*
spicatus, in humanarum diuinarumq; rerum *in studijs.*
cognitione per interuallat temporū p̄ecla-
ros fecit progressus, ingeniumq; pariter ac
mōres egregiē nobilitauit. Quicquid enim
vel exercendo ingenio habile, vel moribus
ornandis idoneum hauserat, alta mente repo-
nebat. Quamobrem postea scholæ Babinber-
gēsis magist̄ effec̄tus, probitatis ac virtutum
cœpit fama p̄tissim florere, & Episcoporum ac
Principum virorum fauore atq; amicitia ho-
nestari. Qui etiam ab Henrico tertio Romanorū
Augusto in palatium assump̄tus, breui
apud eum p̄e omnibus clēricis, qui in aula
morabantur, primum gratiæ & familiaritatis
locum obtinuit, & deinceps Colonensi episco-
patu donatur. Quem ille incredibili in Deum
pietate summa cum laude administravit.

EXEMPLVM S. SABAE ABBATIS.

5. Decemb. Sur. Tom. 6.

SAbas magnus planè vir & ineffabili Dei a-
more incensus, è Cappadocia in vico Mu-
talaſca oriundus, parentes habuit Ioannem &
Sophiam, ambos genere & pietate claros. Na-
tus autem decimo septimo consulatu Theodo-
ſij, cum quintum ætatis ageret annum, paren-
tibus eius Alexandriam necessario cōmigran-
tibus, ipse diuina prouidentia Hermiæ auun-
culo relictus fuit: cuius vxor mulier impudē-

Hh 5 & mo-